Clemens epс servus servorum dei Dilecto filio .. Archidiacono Impuritanen in ecclia Gerunden Salt et aplicam ben. Sua nobis dilecte in xpo filie .. Abbatissa
et Conventus Monasterij sancti Danielis prope Gerundam ordinis sancti Benedicti petitione monstrarut qd cum Dalmatius de Monte canonicus Gerunden asserens qd nos sibi et
duobus alijs cuius in hac parte collegis nr̃is dedimus ~ sub ea forma litteris in mandatis ut ipi uel duo aut unus eoz per se uel alium seu alios Franciscam Angerie puellam
Gerunden dioc cupientem una cum dcis Abbatissa et conventu in eodem Monasterio sub regulari habitu dño famulari in eodem Monasterio auctoritate nr̃a recipi facerent in
Monacham et sororem sibiqz iuxta consuetudinem dci Monasterij regularem habitum exhiberi et de comunibus eiusdem Monasterij proventibus sicut uni ex alijs dicti Monasterij mo
nialibus integre provideri et eam sincera ibidem in domino caritate tractari contradictores per censuram ecclasticam appellatione postposita compescendo et solus in hac parte procedens
auctoritate dictaz litteraz easdem .. Abbatissam et conventum monuisset et mandasset eisdem ut infra certum terminum prefatam Franciscam in eodem Monasterio reciperent in mo
nacham et sororem sibiqz regularem habitum iuxta consuetudinem dci Monasterij exhiberent et de comunibus eiusdem Monasterij proventibus sicut uni ex alijs dci Mona
sterij monialibus integre providerent et eam sincera ibidem in domino caritate tractarent in eas si monitioni et mandato huiusmodi no parerent excommunicationis suspen
sionis et interdicti sententias promulgando ex parte predictaz .. Abbatisse et Conventus fuit coram eodem canonico excipiendo propositum qd cum facultates eiusdem Monasterij
adeo essent tenues et exiles qd ipe .. Abbatissa et conventus non poterant ex eis comode sustentari sicut erant legitime probare parate prefatus canonicus ad moni
tionem et mandatum huiusmodi processerat minus iuste dicteqz Abbatissa et conventus eisdem monitioni et mandato parere minime tenebantur et ad id compelli de iure
non poterant nec debebant. Et quia predictus canonicus eas super hoc audire contra iustitiam recusavit pro parte dictaz Abbatisse et conventus exinde sentientium inde
bite se gravari infra dcm terminum et tempus legitimum fuit ad sedem aplicam appellatum. Quocirca discretioni tue per aplica scripta mandamus quatinus vocatis qui
fuerint evocandi et auditis hincinde propositis quod canonicum fuerit appellatione remota decernas faciens quod decreveris per censuram ecclasticam firmiter observari. Testes
autem qui fuerint nominati si se gratia odio uel timore subtraxerint censura simili appellatione cessante compellas veritati testimonium perhibere. Dat Avinion
vj Id Julij Pontificatus nri Anno Secundo.

10-7-1343

T. 373 x 555

Arnaldus de Camonibus

nº 775

(811)

Commissio de la causa ques portave entre Francesca Angeria donzella y la abadessa de Sant Daniel, y la dita Francesca Geraume de Vegri monge de dit monastir in virtut de unes letres apostolicas ab fonta fravit [illegible] aquest effecte obtengudes

Val le [illegible] por

CLE
MENS
PP VI